UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum, Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum

Brasavola, Antonio Musa

Venetiis, MDLI

Senex, Brasavolvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70720

Visual Library

ANTONII MVSAE BRASAVOLI MEDICI FERRARIENSIS

EMPLASTRORVM, *atque* CATA= PLASMATVM.

quorum uſus eſt apud Ferrarienſes *pharmacopolas* Examen.

SENEX, BRASAVOLVS.

QVORSVM *tam celeri greſſu properas?* BRASA. *Ad ægrum quempiam moritu=rum, qui tamen adeo ægrefert, ut nõ ſolum corporis, ſed et animæ diſcrimen immi=neat.* SE. *Prudenti cuipiam religioſo tradẽdus eſt, qui illi huius finis neceſſitatem oſtendat, ſuadeatq; diuinæ uo luntati acquieſcẽdum eſſe. Veruntamen audiui te de hac materia diſputaſſe, et* Dialogum *quempiam ſcriptis tra didiſſe.* BRAS. *Ita plane eſt, ſed nihil aliud ſuadeo, quam nemini mortem placere.* SE. *Ni pigeat interim* Dialogum *referas, dũ te ad ægrotum iſtum comitabor.* BRAS. *Viæ laborem auferet* Dialogus. *hinc.n. ægro ti domus non modice diſtat, & tibi morem geram. At ne diutius immoremur, ita incipit* Dialogus *cuius inſcri=ptio eſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN